



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Brevis Et Vtilis Commentarijs In Priorem Epistolam Pauli
ad Corinthios, & in aliquot capita secundæ**

Melanchthon, Philipp

Vitebergæ, 1561

VD16 M 2618

Capvt II. Decreui apud me ipsum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36296

CAP VT II.

Decreui apud meipsum.

Huic ob-
Non mi-
quero po-
sum salu-
audij uelit
O traditan-
cat uos i-
o, iuxta-
uobis sal-
atis, uob-
potestatis
deretur, u-
politica u-
inuitos, u-
ores Capu-
ri percole-
les fastidio-
habet ar-
ec ali-

INITIUM SECUNDI CAPITIS PERTINET AD FINEM PROXIMI. NARRAT ENIM PLURIBUS UERBIS, CUR NON REDIERIT, VIDELICET NE EIUS MÆSTICIAM SEUERITAS ALIQUA AUGERET. ET MITIGAT OBIUJGATIONEM IN PRIORE EPISTOLA SCRITAM, SUBINDE REPETENS COMMEMORATIONEM SUÆ ERGA IPSOS BENEVOLENIAE, & VICISSIM CORINTHIORUM ERGA IPSTM OBSERUANTIAM. AIT SE LACHRYMANTEM SCRIBERE.

Postea addit expressam absolutionem hominis antea damnati propter incestam consuetudinem cum nouerca, qui ad poenitentiam redierat. AC PRIMUM HIC SCENDUM EST, HOC EXEMPLUM INTER ILLUSTRIA TESTIMONIA RECITARI, QUÆ CONFIRMANT LAPSO POST BAPTISMUM REDIRE AD POENITENTIAM POSSE, & REDEUNTES RECEPIENDOS ESSE.

Coniungit autem suam sententiam cum illius Ecclesiæ uoce: *Cui ignoscit tis & ego ignosco.* Ita uoluit ordinem iudiciorum feruari, non armari ullos, ut sine cognitione pronunciarent, sicut saepè fit à Romanis pontificibus. Sic intelligantur

I I. EPISTOLA AD

tur & sequentia uerba: Ego cum igno-
sco alij, ignosco uestra causa, id est
non sum usus poena duriore, quam medi-
ocri castigatione, quæ non interficeret so-
tem, ne uobis maiorem dolorem affe-
rem, & uestros animos ab Euangelio alle-
narem. Et nunc absoluo eum prorsus,
consolatione uera erigi uolo, ne diabolus
cæ insidiæ in hoc dolore eum impellant
desperationem & in exitium. Noui in qua
cogitationes hostium, scio Diabolos in-
sidiari Ecclesiæ, & intentos esse in occisi-
onem, ut oppressos moesticia, urgeant. Ne
addo hic longiorem enarrationem. San-
ctus enim commonefacere Lectorem, ut ex
emplum obseruet, de modo condemnati
di lapsos, & de recipiendis conuersis. La-
gior doctrina de conuersione alibi re-
tatur.

ἀπόλατος ἀποταξάμηνος ἀντοῖς, ^{δέκατη}
θεοφίλου μακεδονιαρι.

NArrat itinera sua, ac adparet in his
narrationibus sæpè peruagatum est
minorem Asiam, & aliquoties inde in Eu-
ropam nauigasse. Verbum ἀποταξά-
μηνος significat, indicans discessum ali-
Sicut Lucæ 9. Usurpatur & in Actis

pite 18, Est autem in uerbo hæc Empha-
sis, ordinare apud alios, quæ ad discessum
pertinent. Est igitur & forense uerbum
ἀπόταξις τῇ κληρονομίᾳ cedere hæreditate,
iudicare, profiteri se nolle hæredita-
tem adire. Et Cyrillus dixit, ἐις νοῦν μὴ
λαθόντες τὸν σύνταξιν χριστόν, οὐδὲ τὸν
ἀπόταξιν τῷ διαβόλῳ: Non cogitan-
tes se foedere coniuctos esse cum
Christo, & renunciasse Diabolo.

τῷ θριαμβεύοντι ὑμᾶς γὰρ τῷ
χριστῷ.

Agit gratias Apostolus D E O, quod
Aquanquam magnis ærumnis & cer-
taminibus passim exerceatur, tamen ser-
uetur, & habeat docendi locum, & collig-
at aliquem coetum, sicut nunc mirum est,
adeo aduersantibus pontificibus & Regi-
bus, tamen Deum alicubi, & ministeri-
um Euangeli & Ecclesiæ seruare. Pro eo
beneficio nos quoque Deo gratias aga-
mus, & cogitemus esse uictorias & trium-
phos filij Dei, reprimentis diabolos & eo-
rum organa.

Verbum θριαμβεύει aiunt factum es-
se απόρι, id est, folium fici, quia dicunt

X 3 olim

II. EPISTOLA AD

olim uictores coronatos esse folijs sicut
quia uictoria est dulcis. Ἀμβων est margo
uel extremitas, ut corona imposita capi
aut cæteris ornamentis. Est autem diffi-
milis significatio in constructione. Hic in-
quit: Ago gratias Deo uincenti & trium-
phantι in nobis per Christum. Hic pe-
sona coniuncta triumphanti significat
In Colossensibus accusatiuus significa
personam hostilem, ducit in triumpho
Diabolos.

Bonus odor sumus Deo,

SVmpta est Metaphora à consuetudine
offerentium accensa thura, quæ fumos
fragrantes exhalant. Ac ut illi halitus
dissipantur, sic nostræ conciones in ge-
nere humano sparguntur, & salutares fun-
cti, qui eas fide accipiunt, alijs uero, qui
aspernantur, annunciant iram Dei. Di-
sertē autem inquit : Sumus bonus
odor Christi, id est, conciones nostra
sunt halitus sparsi à Christo, & de ipso,
qui sunt grati D E O. Ac ut accom-
modatio sit illustrior, pinge in mente ima-
ginem Christi tanq̄ summi Sacerdotis,

coram

coram æterno patre offerentis accensa thura latè fragrantia & exhalantia fumos. Hos halitus interpretatur esse uocem Euangelij, quæ à Christo summo sacerdote per ipsos spargitur, & est efficax, quia ab ipso Christo editur, non est hominum inuentum, ut de efficacia ministerij statim prolixè dicetur in capite proximo, ubi ait, Euangeliū esse ministerium Spiritus, & uitæ. Vult enim ostendere discri men Legis & Euangelij, & refutat Pseudoapostolos, qui multa futiliter de Lege dicebant, conabantur politiam Moyſi conseruare, & finge bant homines Lege iustos esse, non intelligebant, in Euangeliō non constitui politiam huius uitæ mortalis, sed offerri filium Dei, qui remittit & abolet peccatum & mortem, & restituit æternam iusticiam & uitam, ut postea copiosius dicetur.

Et ad hæc quis sufficiens est?

Inservit breuem commemorationem de sua fidelitate, postea de efficacia loquitur. Ac duæ sunt sententiæ, quas tenere ambas necesse est. Prior hæc est: Certum

X 4 est

II. EPISTOLA AD

est, ministerium Euangeli⁹ efficax esse non
potentia ulla humana, sed diuina, ut po-
stea dicetur.

Hic dicat aliquis: Nihil igitur refer,
a quibus aut quomodo doceatur, Si hu-
mana potentia nihil agit? Huic obieci-
oni respondet altera sententia, quæ hic in-
citatur: Etiam si efficacia est diuina, tam
nos oportet fideles esse in docendo, id ei
uocem Euangeli⁹ incorruptam tradere, b-
ut in priore Epistola dicit: Hoc requi-
ritur, ut fideles simus. Ita hic inquit: si
firmo me fidelem esse, docere sine com-
ptelis traditam a Deo doctrinam, & iu-
rente & spectante meum cursum & iuu-
te Christo. Non misceo ueritati prau-
dogmata, sicut Caupones uina corru-
punt. Non inflecto ueritatem ad affectu-
ludorum, qui somniant regnum politi-
cum, non ad iudicia rationis, quæ putu-
Lege tolli peccatum, & nec Legem ne-
iusticiam Euangeli⁹ recte intelligit. Ab
hac cōmemoratione de sua fidelitate redi-
ad alteram sententiam de effica-
cia, & de discrimine Le-
gis & Euan-
geli⁹.

Ch.